



## LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.  
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer egy  
évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

Per.  
Lat  
020

### Pascha<sup>1</sup> Nostrum.

Iam adest ver sacrum, iam appropinquat anniversarium festorum<sup>2</sup> paschalium,<sup>2</sup> cum templo ac delubra resonabunt modos<sup>3</sup> carminis laetissimi: «Resurrexit sicut dixit, tercia die, Alleluja». Vere haec fuit illa dies, quae generi humano multifarie excruciat attulerat pacem et mortales ad novam revocaverat vitam. Nobis quoque memoria resurrectionis Domini ac Redemptoris<sup>4</sup> pie recolentibus<sup>5</sup> augetur firmaturque spes resurrectionis patriae, quae nunc dilacerata<sup>6</sup> ac disserpta,<sup>6</sup> imo etiam vitae quotidianaे subsidiis<sup>7</sup> privata, semiermis<sup>8</sup> iacet. Status enim rerum hodiernus<sup>9</sup> talis est, ut ubique paribus aerumnis miseriisque regna ac provinciae premantur. An quem fallit<sup>10</sup> nuper etiam furias belli detestati<sup>11</sup> procul in Oriente faces<sup>12</sup> suas iterum extulisse<sup>13</sup> neg-

lecto pactio Kellogiano ad pacem firmandam lato. Sed quid<sup>14</sup> mirum,<sup>14</sup> quod mundus conquiescere nequit, si reputamus foedera pacis, plus decennio ante pronunciata mente<sup>15</sup> Christiana<sup>15</sup> prorsus<sup>16</sup> caruisse et victorum modo arbitrio<sup>17</sup> composita esse. Animis<sup>18</sup> primum resurgent<sup>18</sup> necesse est<sup>18</sup> ex odio devictorum, non enim aliter salus et pax omnium restituetur,<sup>19</sup> nisi nationes viam veritatis inierint, quae aequato iure cuique tribuat suum. Hac spe imbuti<sup>20</sup> celebramus pascha nostrum et Christi exemplo moniti nunquam ani-



<sup>1</sup> húsvét <sup>2</sup> húsvéti ünnepek <sup>3</sup> dallam <sup>4</sup> Megváltó <sup>5</sup> megújít <sup>6</sup> szétdarabolva <sup>7</sup> segélyförrás <sup>8</sup> félig fegyvertele-nél <sup>9</sup> a mai világ helyzet <sup>10</sup> kikerüli a figyelmét <sup>11</sup> átkos <sup>12</sup> fályka <sup>13</sup> kitűz <sup>14</sup> csoda-e <sup>15</sup> kereszteny gondolat <sup>16</sup> teljesen <sup>17</sup> kénye-kedve szerint <sup>18</sup> a lelkeknek kell feltámadniok <sup>19</sup> helyreállít <sup>20</sup> eltelve.

mos<sup>21</sup> demittemus,<sup>21</sup> quidquid deinde patiendum fuerit, nunquam desperabimus nec abdicabimus<sup>22</sup> de restauratione regni Hungariae. Sursum corda, Alleluia! A. F.

<sup>21</sup> elcsüggéd <sup>22</sup> lemond.

«Mi pater», inquit, «amans, audi mea verba nec aures includas precibus, optime Dive, meis. Pro genere humano sum promptus ferre dolores, Numine quos certo me tolerare iubes: Sed tibi si libuit, Genitor, quod pondere magno lassas cervices degravat, aufer onus.

### Resurrexit sicut dixit...

In<sup>1</sup> illo tempore:<sup>1</sup> Maria Magdalene, et Maria Iacobi,<sup>2</sup> et Salome emerunt aromata,<sup>3</sup> ut venientes ungerent Iesum.

Et valde<sup>4</sup> mane<sup>4</sup> una<sup>5</sup> sabbatorum,<sup>5</sup> veniunt ad monumentum,<sup>6</sup> orto iam sole. Et dicebant ad<sup>7</sup> invicem :<sup>7</sup> Quis revolvet<sup>8</sup> nobis lapidem ab ostio monumenti ? Et respicientes viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum viderunt iuvenem sedentem in<sup>9</sup> dextris,<sup>9</sup> coopertum<sup>10</sup> stola<sup>10</sup> candida,<sup>10</sup> et obstupuerunt. Qui dicit illis : Nolite expavescere : Iesum quaeritis Nazarenum, crucifixum : surrexit, non est hic, ecce locus, ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius et Petro, quia praecedit vos in Galilaeam : ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

Evangelium Sti Marci 16, 1-7.

<sup>1</sup> abban az időpontban <sup>2</sup> Jakab leánya <sup>3</sup> illatos kenőcsök <sup>4</sup> korán reggel <sup>5</sup> a hétfő első napján (vasárnap) <sup>6</sup> sír <sup>7</sup> egymáshoz <sup>8</sup> elhengerít <sup>9</sup> jobbfelől <sup>10</sup> fehér ruhába öltözött.



### IN OLIVETO.<sup>1</sup>

Quattuor ecce viri caeco<sup>2</sup> gradiuntur in horto;

Abscondit faciem pallida luna suam.

In medio nemoris presso pede stabat Iesus

Et tribus haec dixit tristia verba viris :

«Nunc animus meus est, fratres, in pectore maestus,

Viscera compungit maximus alta dolor».

Protinus incepit totis horrescere membris

Et currit gelidus cuncta per ossa tremor;

Sanguineusque poris<sup>3</sup> manans ex omnibus humor

Languida puniceo<sup>4</sup> membra colore tegit.

Discipulis rursus : «Vigiles» ait «este, queatis

Hostis ut insidias ludificare malas.»

Discipuli recubant fessi; bonus ipse Magister

Haud procul hinc lasso tendit<sup>5</sup> abire gradu.

Huc ubi pervenit, viridi sub fronde oleastri

Corruit in terram, pandit ad astra manus.

Si tamen officium fieri debere videtur,  
Iam tua perficiam pectore iussa pio».  
Sic ait atque animo certamen pugnat in imo,  
Numine iam penitus destituent<sup>6</sup> suo.  
Angelus e caelo rapidis delabitur alis  
Luctantemque facit robur habere novum.  
Sic firmatus adit comites mersosque sopore  
Attrictans placida suscitat ipse manu.  
«Surgite iam» dixit, «ne dormitetis, amici :  
Qui me tradet homo, proditor ecce venit».

Valentinus Fehér.

<sup>1</sup> Olajfák-hegye <sup>2</sup> sötét <sup>3</sup> pórus <sup>4</sup> vörös <sup>5</sup> igyekszik <sup>6</sup> elhagy.

**Sartor<sup>1</sup> et trossulus.<sup>2</sup>**

Trossulus, qui pravum<sup>3</sup> tergum habebat, sartorem in civitate celeberrimum<sup>4</sup> vestem sibi facere<sup>5</sup> iusserat.<sup>5</sup> Cum vestis confecta es- set, trossulus ante speculum<sup>6</sup> eam expertus est.<sup>7</sup>

— Quid est hoc? — increpat<sup>8</sup> sartorem; — tam clarus sartor vestem tam male seden- tem<sup>9</sup> facit?

— Reparari potest, amplissime<sup>10</sup> domine — respondet sartor et vestem secum aufert. Altero die rursus vestem attulit, quae etiam tum male sedebat. Denuo trossulus stomachatur,<sup>11</sup> denuo sartorem increpat.

Sartor vestem caput quassans<sup>12</sup> aufert, ut eam corrigat; secat, demit,<sup>13</sup> addit, suit<sup>14</sup> putatque se iam omnia fecisse. Laude fretus<sup>15</sup> vestem trossulo induit; vestis hic arta,<sup>16</sup> illic laxa,<sup>17</sup> hic longa, illic brevis est.

Furore saevus trossulus detrahit sibi ve- stem et sartorem exturbat.<sup>18</sup>

— Amplissime domine — fremit<sup>19</sup> sartor — omnes cives adhuc usque meum opus dilexerunt; tamen ego tantum ad corpus vestem, non ad vestem corpus accommodare<sup>20</sup> possum.

V. Fehér.

<sup>1</sup> szabó <sup>2</sup> uracs <sup>3</sup> ferde <sup>4</sup> hires <sup>5</sup> csináltat <sup>6</sup> tü- kör <sup>7</sup> felpróbál <sup>8</sup> rátámad <sup>9</sup> rosszul álló <sup>10</sup> nagy- ságos <sup>11</sup> bosszankodik <sup>12</sup> csóvál <sup>13</sup> elvesz <sup>14</sup> varr 15 bízva <sup>16</sup> szűk <sup>17</sup> bő <sup>18</sup> kikerget <sup>19</sup> mormog <sup>20</sup> szab.

**EXEMPLA CLARORUM VIRORUM**

Pythagoras discipulis suis praecipiebat, ut raro ad ius iurandum accederent. «Vos vero — inquit — dignos praebete, quibus, etsi non iuraveritis, fides habeatur, propter vitae integritatem.» Itaque Clinias Pythagoricus, cum trium talentorum multam<sup>1</sup> iure iurando effugere posset, maluit pecuniae damnum<sup>2</sup> facere, quam iurare; quamquam non falso iuravisset.

Cicero.

Erat Murgentii, in oppido Siciliae, vir opibus et gloria praeclarissimus, nomine Cambalus. Hic aliquando venatum exiit. Cum paene in manus latronum incidisset, retro in oppidum pedibus contendere coepit. Forte Gorgus pater equo obviā ei vehebatur. Statim desiluit et filium hortatus est, ut equum inscenderet et celeriter in oppidum rediret. At filius salutem suam calanitate patris assequi solebat, neque pater volebat periculum ita effugere, ut filius certae morti proiceretur. Dum illi inter se certant, latrones assecuti utrumque confoderunt.

Diodorus Siculus.

\*

Diagoras Rhodius tres filios adolescentes habebat: unum pugilem,<sup>3</sup> alterum luctato-rem,<sup>4</sup> tertium pugilem simul et luctatorem. Hos omnes vidit vincere coronarie eodem die in ludis Olympiis. Filii tres coronis in capite patris positis eum amplexi atque oscu- lati sunt. Populus gratulabundus undique flores in eum iecit. Tum pater beatissimus in ipso stadio, in conspectu populi, in ma- nibus filiorum animam efflavit. Gellius.

\*

Timon, qui genus humanum oderat, amico utebatur uno, cui nomen erat Apenantus. Is cum forte apud Timonem cenaret, exclamavit: «Quam dulce est, o Timon, hoc convivium!» Ille: «Ita sane — inquit — si tu non adesses.» Cum idem Apenantus interrogasset, cur Alcibiadem, iuvenem fero- cem atque audacem diligenter, Timon respon- dit: «Ideo mihi carus est ille adolescens, quia praevideo illum fore causam magnorum malorum.» Aliquando Athenis prodiit in contionem. «Athenienses, — inquit — habeo quandam aream; in ea est ficus, de qua multi se suspenderunt. Quoniam vero in area templum aedificare mihi in animo est, antequam ficum excidam, moneo vos, ut si qui de suspendio cogitant, quam maxime maturent.» Plutarchus

<sup>1</sup> bírság <sup>2</sup> károsodik <sup>3</sup> ökölvívő <sup>4</sup> birkózó.

Male se res habet, cum, quod virtute effici debet, id tentatur pecunia.

## Ioannes Franciscus Champollion.

Hoc anno a. d. IV. Nonas Martias circumagetur annus, quo Franciscus Champollion sagacissimus hieroglyphicarum litterarum investigator vita decessit. Champollionis laus atque gloria numquam oblitterabitur,<sup>1</sup> dum homines Aegyptii cultus atque humanitatis magnificentiam et splendorem admirari et amare perseverabunt. Qualis enim erat cognitio scientiaque veteris Aegypti, antequam Champollion hieroglyphicas litteras legere docuit? Nempe fere nulla vel exilis, ex Herodoto aliisque Graecis et Latinis scriptoribus derivata,<sup>2</sup> plena fabularum<sup>3</sup> arcanis,<sup>3</sup> meris<sup>4</sup> opinionum commentis.<sup>5</sup> Ante Champollionem viri docti veteris Aegypti historiam velut per nebulam cernebant. Quam tandem nebulam Champollioni mentis acumine adiuvante fortuna hieroglyphicarum notarum arcanis evulgatis dispellere contigit. Erant quidem, qui iam ante eum in hieroglyphicis notis enodandis desudarent,<sup>7</sup> neque se inde extricare<sup>8</sup> possent.


Ioannes Franciscus Champollion a. 1791 a. d. V. Kalendas Ianuarias natus est. Iam puer Graecarum et Latinarum, imprimis orientalium amore captus totum se eis ediscendis dedidit. Adulescens vero in universitate litterarum Gratianopolitana<sup>9</sup> orientales linguis docuit.

Anno 1798 factum est, ut Napoleo contra Aegyptios expeditionem susciperet magna virorum doctorum caterva stipatus, quibus Aegyptias antiquitates investigandi munus iniunxerat.<sup>10</sup> Aestate anni 1799 cum milites operibus et munimentis ad vicum Rosett occupati lapidem triplicibus litteris id est hieroglyphicis, demoticis<sup>11</sup> et Graecis inscriptum invenissent, centurio Bouchard, qui operibus muniendis praererat, statim viris doctis explorandum tradidit. Lapidis, qui postea in Museo Britannico collocatus est, complura exemplaria e gypso facta mandatu Napoleonis in Galliam missa sunt. Quoniam haud paucorum virorum doctorum cura et labor in explicanda<sup>8</sup> Rosettani lapidis inscriptione in cassum<sup>12</sup> ceciderat,<sup>12</sup> tandem unum exemplar<sup>13</sup> gypso<sup>13</sup> expressum<sup>18</sup> a. 1822 in manum Champollionis, professoris Gratianopolitani pervenit. Qui cum animadvertisset litteris cum hieroglyphicis tum Graecis, quae elliptica forma includerentur, nomen regis Ptolemaei contineri atque comparato Rosettano cum lapide ab

Ioanne Baptista Belzoni invento, in quo Ptolemaei regis sororisque Cleopatrae ut in Rosettano sollemini elliptica forma cinctum esse vidisset, liquido<sup>14</sup> litteras P, T, O, L et E hieroglyphicas dispexit<sup>15</sup> atque his vestigiis instans sensim<sup>16</sup> pedetemtimque<sup>16</sup> omnium hieroglyphicarum notarum significations eruit.<sup>17</sup> Verum non solum hieroglyphicas litteras explanavit,<sup>6</sup> sed ope linguae Copticae, quae postera<sup>18</sup> propago<sup>19</sup> Aegyptiae erat, quamque Champollion optime callebat,<sup>20</sup> in veterem Aegyptiam linguam ita se insinuavit,<sup>21</sup> ut eius grammaticam et lexicon<sup>22</sup> composuerit.<sup>23</sup> Quo facto iam haud difficile erat litteras Aegyptiorum et monumentis et papyris consignatas<sup>24</sup> cognoscere. Itaque ex invento Champollionis sollertia simo exortus est sol, qui mores, instituta, litteras et historiam Aegypti caligine<sup>25</sup> adhuc obruta<sup>25</sup> clarissima luce collustravit. Est Champollion auctor et conditor verae et germanae<sup>26</sup> Aegyptologiae, quae ex seminibus, quae ille sparserat, in uberrimam laetissimamque effloruit segetem. Dignus est igitur Champollion, cuius in memoriam anno, qui est centesimus ab eius decessu, grato redeamus animo.

Carolus Ács.

<sup>1</sup> feledésbe meggy <sup>2</sup> származó <sup>3</sup> titokzatos mesék  
<sup>4</sup> csupa, pusztá, merő <sup>5</sup> koholmány <sup>6</sup> megfejt <sup>7</sup> fáradozik <sup>8</sup> kivergődik <sup>9</sup> Grenoble <sup>10</sup> feladatal kitűz, ráról <sup>11</sup> demotikus írás. (Mássalhangzós rendszeren alapul; rövidítések útján s a jelek összekapcsolása által keletkezett a hieratikus írásból a Kr. e. I. évezred elején. Megfejtője Brugsch.) <sup>12</sup> eredménytelen, hiábavaló <sup>13</sup> gipszlenyomat <sup>14</sup> egész bizonyossággal <sup>15</sup> megkülönböztet <sup>16</sup> lassanként <sup>17</sup> felkutat <sup>18</sup> későbbi <sup>19</sup> hajtás <sup>20</sup> ért <sup>21</sup> behatol, alapos ismeretet szerez <sup>22</sup> szótár <sup>23</sup> szerkeszt, megrí <sup>24</sup> felir, jegyez <sup>25</sup> ködbe, sötétsége vesző <sup>26</sup> valódi.



Unde Athenae nomen acceperint?

Erechtheus, vir Graecus, urbem sibi in agro perquam sterili iuxta fluvium Cephissum condidit. Parva ac modica erat urbs, sed Iuppiter, tantus deus sapientissimusque omnium iam pridem novit clarissimam fore illam aliquando in toto orbe terrarum.

Condita urbe magnum inter Neptunum et Minervam certamen exortum est, cuius no-

mine potissimum urbs nuncuparetur. Res in iudicium deorum venit, itaque Iuppiter diem dixit, qua una cum ceteris deis causam eorum ageret. Die dicta ad ripam Cephissi omnes dei convenere.

Hoc erat tempus, cum homines palam et aperte deos intueri potuerunt. Nam Iuppiter candida seposuit fulmina et ceteri quoque dei ea de causa tantum in terram devolaverunt, ut iudicium Iovis audirent.

Minerva dea hastam invictam laeva manu tenebat. Caput Medusae scuto subdidit, ne homines capite aspecto extempro morerentur. Iuxta deam Neptunus tridentem dextra librabat, quo terram et mare quatere solebat.

In contione sollemini Mercurius surrexit dicens: «Accipite dei et deae omnes voluntatem Iovis immutabilem, qui nunc controversiam horum duorum dirempturus haec vobis mandari iubet: *Urbs Erechthei illius feret nomen, qui incolis pretiosius ac salutarius dederit donum. Quod si a Neptuno dabitur, urbs e nomine eius Posidonia vocetur, si a Minerva, nomen urbis Athenae sint.*»

Tum Neptunus terram tridenti percussit,  
quae confestim discessit eque rima prosiluit  
equus, quo pulchrior celeriorque neque fuit,  
neque erit unquam in terris. Simulque: «En,  
accipite — inquit — donum meum, quo  
melius nemo potest hominibus dare. Itaque  
concedite, ut urbs meo nomine sit appell-  
landa!»

Ordo<sup>1</sup> nunc Minervam vocavit,<sup>1</sup> quae signa depositus genibusque nixa semen parvum solo insevit, ex quo brevi enata est arbor. Densi rami iam poma ferebant. «Iuppiter pater — ait Minerva — donum meum pluris est, quam Neptuni. Equus, quem is dedit, bellum feret, olea mea, contra, signum pacis, libertatis et copiae est. Nominate urbem nomine meo!» Dei confestim clamaverunt: «Donum Minervae optimum est, quod generi humano dari potest. Nam olea Minervae urbem Erechthei maiorem in pace, quam in bello fore portendit. Et quid pace hominibus salutarius est?»

Iuppiter annuit et urbs Minervae nomen  
accepit.

*Georgius Weiszkrön*  
disc. V. cl. gymn.-realis, Jud. rel.  
*Debrecinensis.*

## Circulator<sup>2</sup> deprehensus.<sup>3</sup>

Circulator quidam callidus mala<sup>4</sup> ramis  
dependentia appetivit. Ex quibus ut aliquot  
furaretur, arborem ascendit. Iamque poma  
dulcia, rubicunda<sup>5</sup> et rotunda rodebat,<sup>6</sup> cum  
repente adest custos eumque asperrime in-  
crepat:

— Quid tu ibi, nequissime, in arbore agis?

— Nil domine — respondet hic — modo  
pertento<sup>7</sup> poma, satne iam matura<sup>8</sup> sint.

— O hominem stultissimum, equidem  
iam inde ea video...

— Hoc facile tibi est — ait male salsus —  
cuius oculi omnia acerrime videant. Mei  
oculi, miserandum sane, non<sup>9</sup> longum<sup>9</sup>  
prospectum<sup>9</sup> ferunt.<sup>9</sup>

Paulus Drótos

disc. cl. VII. gimn. regii cath.  
confessionis, Miskolciensis.

<sup>1</sup> a sor M-ra került <sup>2</sup> cigány <sup>3</sup> tetten ért <sup>4</sup> alma  
<sup>5</sup> piros <sup>6</sup> majszolgat <sup>7</sup> tapogat <sup>8</sup> érett <sup>9</sup> rövidlátó.

## *In scrutatores<sup>1</sup> naturae<sup>1</sup> infideles.<sup>2</sup>*

*Autumnus rigidus<sup>3</sup> vel hiems fera turbine<sup>4</sup> saevo  
Omne decus quercus robustae vel speciosi  
Floris quassatum crudelis conterit<sup>5</sup> atque  
Limo<sup>6</sup> commiscet; sed non totum interit horum  
Ullum: quidquid enim vixit, mox iam subeunte  
Vere reviviscit splendore novoque vigore,  
Cum lateant vires radicum stirpisque viventis.—  
Vivificans celsum quid in omni quoque homine abdi  
Notum est afflatum divinum seminis instar.*

*Necum est affutare atque...  
Et vos, o docti scrutantes intima rerum,  
Dicitis audaces atomos quoque fine carere,  
Quamvis hos nullus per sensus percipit unquam  
Vilibus ad libitum donatis perpetuum aevum,  
Flamen divinum temere privatis eodem...  
Sobria poscit mens, ut nec flamen moriatur.  
Vos igitur vobis sic contradicitis ipsi.  
Est fatuum, sanam quod contemnit rationem.  
Ergo linguatis malesanum fallere vulgus,  
Quod satis infelix doctrinis ac ope vestra  
Iamque Deo misso, ne ut bellua sit furiosa et  
Vos quoque civili cum cultu conterat omnes!*

Michael Tóth S. I.

1 természetbúvár    2 hitetlen    3 zord    4 vihar  
5 összefűz, tönkre tesz    6 iszap, sár    7 feléri éssel  
8 dőre, ostoba.

*Bene sentire<sup>s</sup> recteque facere satis est ad  
bene beatique vivendum.*



**De thesauris Mexicanorum.** Incolae primi regionum Americae mediae, cum apud eos Europaei apparuerunt, haud longe ab omni cultu et humanitate afuerunt. Origines<sup>1</sup> enim Mexicanorum duorum milium annorum spatio Cortezii, expugnatoris<sup>2</sup> illarum regionum adventum praecedunt,<sup>3</sup> ut plurima monumenta architectonica,<sup>4</sup> quae his quoque diebus comparent,<sup>5</sup> hoc demonstrant.


Nuperrime *Alfonsus Caso*, antiquitatis<sup>6</sup> investigator<sup>6</sup> Mexicanus, — ut e civitate Mexicana (Mexico City) nuntiatur — thesauros invenit in ruinis urbis antiquae in monte Albano sitae. *Alfonsus Caso* etiam cryptam investigavit, in qua Mexicanani reges ac regulos suos condebant.<sup>7</sup> Ibi praeter vestimenta aliaque ornamenta varia etiam inscriptiones notis hieroglyphicis scriptae prodierunt,<sup>8</sup> quibus explanandis<sup>9</sup> investigator enixe<sup>10</sup> dat operam, nemini enim est dubium, quin multa indicia<sup>11</sup> utilia contineant, ex quibus historiam, religionem, mores ac instituta illius populi distinctius<sup>12</sup> planiusque<sup>12</sup> cognoscere possimus. A. Caso etiam fastos Mayarum clarissimos brevi se indagaturum esse sperat.

**Discrimen inter Iaponiam et Sinas.** Proelia inter Iaponiam et Sinensem rempublicam ne ultimo quidem mense segniora erant Iaponiis ita impigre rem agentibus, ut aliquot urbes expugnarent.

Dum utrumque cum multorum caede pugnaretur, legati ex utraque parte missi cum in ipsa urbe Shang-hai, tum in navibus<sup>13</sup> rostratis<sup>13</sup> Britannorum convenerunt, ut discrimen pactionibus solvere temptarent. Novissime inter legatos constitutum<sup>14</sup> factum est,<sup>14</sup> ut Sinenses a lineis suis ad quintum lapidem simulque Iaponii ad regionem, quam dicunt «concessionibus sanctam»<sup>15</sup> retrocederent. Qua regressione utrumque facta Si-

nenses aliis decem chiliometris copias ad urbem Nan-shang retraherent, illi in patriam reverterentur.

Ab armis tamen usque ad hoc tempus nihil cessatum est: tela micant, tormenta<sup>16</sup>



strepunt; animi saeviunt, profunditur sanguis...

<sup>1</sup> östörténet   <sup>2</sup> hódító   <sup>3</sup> megelőz   <sup>4</sup> építészeti  
5 fennáll   <sup>6</sup> régiségbüvár   <sup>7</sup> temet   <sup>8</sup> előkerül   <sup>9</sup> megfejt   <sup>10</sup> buzgón   <sup>11</sup> adat   <sup>12</sup> egyre világosabban   <sup>13</sup> hadihajó   <sup>14</sup> megállapodik   <sup>15</sup> engedményes terület   <sup>16</sup> ágyú.



Duae calamitates nobis allatae sunt: altera prope oppidulum Galliae Avalon excitabatur, ubi aéroplanum privatum ex altitudine ducentorum metrorum pari<sup>1</sup> pondere<sup>1</sup> parum<sup>2</sup> libratum<sup>2</sup> delapsum est. Vectores duo illico mortui sunt.

Alterum malum prope Massiliam confectum est, ubi Scalli, aéronauta Hibernus,<sup>3</sup> qui ex patria in Indiam vehi voluit, deficiente<sup>4</sup> machina humum cecidit. Aéronauta infelix e fragmentis aéroplani protractus ad-

<sup>1</sup> egyensúly   <sup>2</sup> kevéssé egyenget, fölbillent   <sup>3</sup> ír  
4 megtagadja a szolgálatot,



huc vixit, sed, cum in valetudinarium<sup>5</sup> portaretur, exanimatus est.

\*

*Mermoz et Regnier* aéronautae Gallici, cum Algeria Massiliam aéroplanum<sup>6</sup> cursuale<sup>6</sup> dirigerent, motoriis fractis in mare Mediterraneum descendere cogebantur. Aéronautas naves auxilio missae ab<sup>7</sup> interitu<sup>7</sup> vindicabant,<sup>7</sup> verum aéroplanum vehementer fluctibus iactatum servari non potuit.

<sup>5</sup> kórház <sup>6</sup> postaszállító repülőgép. <sup>7</sup> a pusztulás-tól megment.

### Corona vitae. (7.)

Ad fabulam *Felicitis Nabor* Latine scripsit  
Valentinus Fehér.

— Consummatum est<sup>1</sup> — sonat ex cruce.  
— Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.

Caput dolore tremens et spineis sertis coronatum in pectus prolapsum est<sup>2</sup>... et Iesus Nazarenus, rex Iudeorum, animam effudit.

Tum horrenda res facta est in urbe Iudeorum: terra perculta<sup>3</sup> tremebat; saxa maximo fragore disrupta sunt; tota natura gemebat et quasi dolens Creatorem deflere videbatur.

Hierosolymitani pectora tundentes<sup>4</sup> horrore percussi taciti in urbem reverterunt. Sacerdotes in templum se abdiderunt.<sup>5</sup> Sed paulo post lurido vultu membrisque trementibus provolantes clamarunt:

— Vae nobis! Aulaeum<sup>6</sup> adyti<sup>7</sup> pulcherri-  
mum a summo ad imum discissum est!

In domibus Romanorum signa deorum corruerunt.

In colle Golgotha, ubi Filius Dei mortuus inter caelum et terram pendebat, parva modo caterva<sup>8</sup> fidelium et milites erant, qui Iesum cruci affixum custodire debebant. Ceteri aufugerant.

His rebus magnificis devinctus<sup>9</sup> Romanorum militum centurio, qui regem Iudeorum mori viderat, exclamavit:

— Vere Filius Dei erat iste.

Hæc verba quasi flammeis<sup>10</sup> litteris<sup>10</sup> in animo Marci Fulvii inscripti sunt. Subito evanuit omnis dubitatio, etclare manifes-teque videbat Iesum Nazarenum esse verum Deum.

Tum ad crucem, quam Maria Magdalena complexu<sup>11</sup> tenebat,<sup>11</sup> aggressus dicit:

— Et ego, Iesu Nazarene, volo tuus esse discipulus.

### 8. Reditus in vitam.<sup>12</sup>

Dominus usque ad tertium diem in sepulcro iacuit. Tum, quasi turbo<sup>13</sup> venti,<sup>13</sup> fama per terras ferebatur: eum revixisse.<sup>14</sup>

Sepulcrum erat vacuum. Sed Maria Magdalena vidit eum; quasi sol, ita fulgebat, ut oculi Mariae paene caecarentur.<sup>15</sup>

— Abi — inquit Iesus — dic fratribus me in caelum ad Patrem ascensurum esse.

Quod Iesus per se revixerat, suam confirmavit divinitatem.

Marcus non iam dubitabat, sed credebat et Iesum, ut Dominum et Deum, precabatur.

Ceteri pariter fecerunt. Sciebant enim regnum Iesu non esse terrenum, sed omnes ab illo trahi in regnum amoris et gratiae; ab illo regnum animarum in terra constitutum esse.

Marcus et Rubina cives illius regni fieri volebant et praecepta Magistri sequi nitebantur.<sup>16</sup>

Claudia Procula exili<sup>17</sup> vestitu induita doctrinam Iesu in crucem affixi tradidit<sup>18</sup> pauperibus eisque suas opes<sup>19</sup> divisit. Inter Iudeeos fanaticos et Romanos infideles sensim<sup>20</sup> emersit<sup>21</sup> nova religio, quasi lux novi diei, novi meliorisque temporis.

Maria Magdalena sordido vestimento induita, pulcherrimis capillis,<sup>22</sup> tamquam palliolo,<sup>23</sup> amicta fulgentibus oculis urbem transibat, penetrabat in domos nobilium Romanorum, assistebat ante templum, acribus<sup>24</sup> verbis infideles provocabat,<sup>25</sup> ut Messiam sequerentur. Illudebatur, petebatur lapidibus, e domibus exturbabatur;<sup>26</sup> haec omnia cum patientia et amore tolerabat, parata vel mori pro fide et veritate.

Postquam Marcus verum Deum repperit, in Italiam reversurus erat, ut Caesari nuntiaret ea, quae vidisset. At sine sancta imagine proficiisci solebat; illam Caesari persuadere oportebat Iesum Nazarenum esse verum Deum.

Quare in viam se dedit, ut sanctam imaginem requireret.

<sup>1</sup> beteljesedett <sup>2</sup> lehanyatlak <sup>3</sup> megrendül <sup>4</sup> ver  
<sup>5</sup> elrejtőzik <sup>6</sup> kárpit <sup>7</sup> szentelt <sup>8</sup> csoport <sup>9</sup> lenyű-  
göz <sup>10</sup> lángbetű <sup>11</sup> átfogva tart <sup>12</sup> föltámadás <sup>13</sup> szél-  
roham <sup>14</sup> feltámadás <sup>15</sup> megvakul <sup>16</sup> törekzik <sup>17</sup> hit-  
vány <sup>18</sup> hirdet <sup>19</sup> vagyon <sup>20</sup> csendesen <sup>21</sup> feltűnik  
<sup>22</sup> haj <sup>23</sup> köpeny <sup>24</sup> lelkes <sup>25</sup> felhív <sup>26</sup> kikérget.



## Locosa.

Vir quidam, cum amicus eius repentina morte extinctus esset, ne uxor amici insperato nuntio mortui mariti nimis expavesceret, haec per telegraphum ei nuntiavit: Leopoldus leviter aegrotare coepit, exsequaeque eius proximo die Dominico celebrabuntur.

\*

Mater: Hic in cella<sup>1</sup> penaria, Paule, heri duo liba erant, nunc vero unum comparet. Scin ubi alterum sit?

Paulus: Ergo prae<sup>2</sup> tenebris<sup>3</sup> alterum non vidi.

\*

Matrona cum ancillam increpuisset<sup>3</sup> fieri non posse, ut librum legat simul et pueruli curam<sup>4</sup> atque tutelam<sup>4</sup> agat,<sup>4</sup> «me» — inquit ancilla — «puerulus legentem nequamquam<sup>5</sup> interpellat». \*

Scotus quidam cum acerrimo dentium torqueretur dolore, interroganti familiari, cur non se a medico curari sineret, «ego ut medicum adeam, — inquit — cuius filius biennio ipse sit medicinam<sup>7</sup> facturus?»

\*

Mater filio, qui iam vestem induerat: — Lavistine etiam, mi filiole?

Filiolus: Quin imo, carissima matercula, iam heri lavi.

Carolus Acs.

<sup>1</sup> éleskamra <sup>2</sup> a sötétség miatt <sup>3</sup> rászól <sup>4</sup> gondját viseli <sup>5</sup> egy csöppet sem <sup>6</sup> zavar <sup>7</sup> orvosi gyakorlatot folytat.

## AENIGMATA.

I.

1	2	3	4
☒	☒	☒	☒
☒	☒	☒	☒
☒	☒	☒	

Haec verba ita sunt collocanda, ut series directae libratis respondeant.


1. Provincia Asiae.
2. Sacerdotes cuiusdam dei Romani.
3. Alia voce: ornat, coronam imponit.
4. Vestitus, habitus.

Lud. Csizmazia.

II.

*Dulcis odor nemoris flamma fumoque fatigor,  
Et placet hoc superis, medios quod mittor in ignes.  
Cum mihi peccandi meritum natura negarit.*

III.



In locum punctorum et quadratorum ponantur litterae, quarum, quae quadratorum locum obtinent, oblique<sup>1</sup> deorsum lectae nomen deae Romanae efficiant. Singula vero nomina, quae dextrorum leguntur, haec sunt:

1. urbs Macedoniae, Aristotelis nomine clarissima;
2. cognomen Romanum;
3. urbs Illyriae, hodie Avostina;
4. alio vocabulo: lucerna;
5. quod gemmis coruscis capitii imponitur;
6. nomen Amazonis, quae erat Turni, regis Rutulorum socia;
7. urbs Hispaniae Baeticae, a Scipione veteranis suis condita, etiam urbs patria Hadriani et Traiani.

<sup>1</sup> ferdén.

## Epistolalia Officialia.

Lectoribus nostris et minimis et maioribus precamur, ut festa Paschalia feriasque laeti peragant. — Ego. Tot aenigmatum solutiones mitte, quot dissolvere valuisi. — Iosephus W. (Baja). Bene rem enarrasti, tamen, quia probabilitate caret, divulgari non potest. Quis enim credit fore, ut iudices, iustitia praesides defensoresque aequi observantissimi cum furibus ista ratione paciscantur? — Io. Jeney (Budapest). Tuum iam proxime, nescio in quo numero publici iuris fit.

## Solutiones aenigmatum numeri VI:

I. Series directae: 1. Elea, 2. lea, 4. aperte, 5. Niptra, 7. aculeus, 8. gustus, 9. nr, 10. Assyria, 11. sal, 13. Tros, 14. sed, 16. Ceres, 18. Epeus, 19. Sinon, 20. Trosmis, 21. audacia, 22. Sosii. — Series libratae: 1. Epicurus, 2. lepus, 3. Atreus, 4. anagnostes, 6. reus, 12. at, 14. s, 15. Acesta, 17. Epirus, 19. sta.

II. 1. Ios, 2. Musae, 3. iunceus, 4. Noskopium, 5. saepius, 6. Euius, 7. sus.

## Aenigmata recte dissolverunt:

Ludovicus Csizmazia, Georgia Szilvássy, Marianna Renner (Budapest), Tiburtius Rachl (Kőszeg), Aristides Turopol (Kalocsa), Rudolphus Kancz (Szombathely), Iosephus Wittner (Baja), Paulus Drótos (Miskolc).

Praemium Ludovico Csizmazia et Aristidi Turpoli sorte adiudicatum est.

Moderator ephemeridis EUGENIUS FRAY DR. Budapest, I., Verpeléti-út 22., ad quem epistulæ et manuscripta mittantur. Administratio ibidem. Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén. (Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)